

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Pauli Heinrich Starck

**De Phthisi Theses Medicae, Ad Publicam Disputationem in almâ Rostochiensium  
Academia propositae**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694356>

Druck Freier  Zugang



(Trace.)

Pälli, Heinrich  
Repr. Stanke, Heinr.  
R.M. med. 1601



S Y N Θ E Ω.  
DE PHTHISI  
Theses Medicæ,  
*AD PVBLICAM DISPVTA-*  
*tionem in almâ ROSTOCHIENSIVM*  
*Academia proposita,*

Quas  
S V B P R A E S I D I O  
HEINRICI PAVLI MEDICINÆ  
Doctoris & Professoris or-  
dinarij,

*tutabitur*  
HEINRICVS STARCKE  
Neoburg. VWestph.

Promulgabitur autem in Auditorio magno,  
XII. Septembri.



Clar. Viro  
Dr. Nigrino 141  
mittet resp.

ROSTOCHII  
Excudebat Christoph. Reusnerus. Anno 1601.



## THEISIS I

**Φ**ilos Hippocrati, aut φιλοί Atheniensibus Σπαρτών φίλοιν di-  
cta, nunc quoq; Latinis scriptoribus phthisis vel tabes nun-  
cupatur.

2. Celsus quidem latius sumit vocabulum tabis quam phthisis,  
& illā dividit in υαχεξιαν, ατροφιαν & phthisin propriè dictam.
3. Verum aliqui recentiorum υαχεξιαν non tabi sed hydropi re-  
ctius subiiciunt, cum fungosā mole, quā corpus extendit, λευκο-  
φλεγματιαν manifestissimè amuletur, & diuturnitate temporis  
non raro in eandem degeneret.
4. Atrrofian quoq; recte tantum ad tabem vel phthisin referunt,  
quatenus hac impropriè vel communiter sumta omnem totius  
corporis extenuationem denotat, undecunq; etiam originem tra-  
here deprehendatur.
5. Eadem censuram subeunt marasmus, tabes dorsalis (quam  
Hippocrates novis maritis & veneri indulgentibus familiariter  
esse innuit) tabes renalis; tabes iugularis, εμπύνη, asthma, exul-  
ceratio aspera arteria vel mediastini, & similes affectus, qui sine  
pulmonum ulcere corpus attenuant.
6. Phthisis enim propriè dicta, (de qua sola nunc sermo erit) est  
extenuatio totius corporis cum crebra tufsi, & parva febre pro-  
pter insanabilia pulmonis ulcera.
7. Hic pars affecta pulmo est; & si considerantur ulcera phthi-  
sis est morbus in solutione continui: si verò in veterata maces  
consideratur ad diminutæ quantitatis vitia quodammodo re-  
ferri potest.
8. Talis pulmonum exulceratio multifariam oritur. Primo à  
materia multa, maximè vero ab acri & exedente, ut salsa aut  
bjliosa, è cerebro in pulmones dilabente, aut etiam è corde alijs sue  
partibus in eosdem ejecta.

A 2

Secund

12

13. Secundo à sanguine, quando is vel à cerebro aut fauicibus aut thoracis partibus, vel ab ipsius pulmonis vase aliquo rupto aut aperito, in ipsam pulmonum substantiam dimanat, aut eandem per transudationem irrigat, atq; ex mora computrescens, non solum vasorum tunicas, sed etiam ipsam carnem pulmonis corrodit.
14. Tertiò à pure, quod in precedente aliquo morbo ipsius pulmonis aut thoracis aut vicinarum partium corrumpitur, ut in peripneumonia, variolis, angina, pleuritide; si vomica intra quadraginta dies non repurgatur.
15. Quartò, (quod tamen raro accidit) à calculo in pulmone concreto.
16. His causis non ineptè annumeratur vitiosa vel tabifica corporis constitutio, qua deprehēditur in pulmone, thorace, & capite.
17. In pulmone quidem propter mollietatem nativam, cavitates multas excipiendis fluxionibus idoneas, & excernendis ineptas, atq; ab ortu, quasi hereditario jure, acceptum vitium. Hinc Hippocrates phthisin inter morbos hereditarios collocat: & multi in familij jam ab ipso ortu & à parentibus latente vi-  
tio, interdum cum cruenta screatione, interdum citra hanc contabescunt, etiam si nulla aut certè minima destillatio è cerebro aut aliunde procumbat.
18. In thorace verò propter angustiam in latum ac profundum compressionem, collumq; oblongum & gracile.
19. Deniq; in capite propter imbecillitatem, quācung; ex causa natam ob quam facile impletur.
20. Externe cause recensentur, aëris nimis calidus vel frigidus, venti boreales; malignus vapor antri subterranei, vel officinarum metallorum fundentium; aut calcem adurentium, & imprimis hydargyrum, antimoniū, arsenicum, vitriolum.
21. Similiter plurimum nocet halitus alterius phthisici per inspirationem attractus, teste Galeni & aliorum experientia.
22. Insignem quoq; noxam in spiritu felium se observasse narrat Matthiæ.

*Matthiolus, cuius verba hue transferre non piget. Novi, inquit, quos-dam, qui cum felibus adeo delectaretur, ut nunquam sine ipsis dormitum abirent, attracto inde diutius aeris vehiculo eorum spiritu, in tabem & marasnum incidere, quibus postremo confecti diem suum obierunt. Nec diu est, quod in quodam monachorum cœnobio universa perijt familia, magno felium numero & contubernio, Vid. lib. 6. comment. in Dioscoridem cap. 25.*

19. Porro, malum hoc excitant omnia acria & salsa, tam alimenta quam medicamenta, ut sinapi, raphanus, piper: Venena, ut lepus mari-nus: vociferationes intense, hemorrhoidum & mensum suppressio, violenta pectoris contusio, pulmonis vulneratio. In summa, quæcumq; exulcerationi occasionem aliquam prabere possunt.

S I G N A.

20. Malum hoc subdole insidias struere non vanâ conjecturâ prospici-mus, si post destillationem acrem aut diurnam raucedinem, aut sputum sanguinis, frequens tussis negotium facessit, & per eam materia cruenta, sordida, purulenta, & tandem pus ipsum extruditur.
21. Cum his suspicionem adauget febris lenta & continua, processio temporis in hecticam transiens, statimq; à cibo invalescens, atq; cum hac pulsus parvus, languidus, non nimium celer.
22. Idem prestat totius corporis extenuatio, in qua oculi excavantur; facies livescit, sed male per intervalla rubent, extrema digitorum calent, ungues incurvantur, deniq; miser homo vix osibus hærens, in horrificum skeleton redigitur.
23. Certissimum autem phthisis indicium emicat, si una cum pure ipsis palmonis substantia aut vena aut arteria aliqua portio per tussim reycitur, idq; sine omni vel saltene cum exiguo dolore, qui in ulcere fauci-um vel thoracis locum affectum satis superq; affligit.
24. Oportet autem pus à pituita distinguere, quod fit per sputum ex imo pectori eductū & sine mora aquæ calenti injectum. Pus ibi in fundū descendit & facillimè ex agitacione dissolvitur, contrà vero pitui-ta. Deinde pus minus abbicat, sed magis nares offendit.
25. His notis per sputum pulmo exulceratus rectè dignoscitur, minimè.

verò per urinæ examen: licet eam nasutula spagyricorum turba, Thureusseri exemplo, decoquat, & nonnullos impostores proferat, qui ad summam impudentiam procedentes, ex fallaciſima & prorsus abominabili illa urinæ cocturâ, non ſolum ulcera pulmonis ſed etiam exactam eorum quantitatem effrani cum jactantia indicare, nihil erubescunt.

### Prognostica.

26. Phthisis est morbus longus qui protrahitur interdum in unum vel plures annos, ſi non ſuccedit morbo acuto. Tunc n. plerumq; intra quatuor menses interimit.
27. Autumnus phthificus malus, item ver.
28. Tabes fiunt maximè atatibus à 18. anno usq; ad trigesimum quintum.
29. In habitu tabido cum febre apparentes fluxiones in gingivis & dentes malum.
30. Tabes periculofißima qua à rupta vena crassa ſunt, & deſtillatione à capite.
31. A ſanguinis ſputo puris ſputum, malum. A puris ſputo phthiſis & fluxus. Cum vero ſputum retinetur, moriuntur.
32. A ſanguinis vomitione tabes, & puris ſuperne eruptio, à tabe fluxio de capite; à defluxu alii proſluvium, ab alii proſluvio retentio purgationis superioris, à retentione mors.
33. Qui tabe infellantur, ſi ſputum quod extuſiunt carbonibus injectum vel vase impositum graviter olet & capilli deſfluunt, lethale.
34. Quibus tabidis expuientibus in marinam aquam pus in fundum deſidet, lethale in brevi.
35. Si tabe detento proſluvium alvi ſupervenerit, lethale.
36. Pruriginosa corpora poſt ſuppreſſam alvum in tabidis, malum.

### Curatio.

37. Inveterata pulmoni ulcera omnino non ſanescunt; recentia certè cicatricem vix recipiunt, quoniam admodum mollem habent ſubſtantiam & putredini aptam, & medicamenta diſſicillimè eò descendant, & materia educenda liberum exitum non invenit, ſed tuſi ejicitur, que violenta agitatione dilaniat, & ulcera consolidari impedit.
38. Vbi tamen curatio tentanda erit, varia adhibeantur remedia, pra-  
ut cura-

- ut causa alicujus impetum prohibere, materiam purulentam abstergere, & educere; ulcus bene expurgatum callo occludere, febrem contemperare, corpusq; extenuatum redintegrare usus postulaverit.
39. Itaq; (quantum ad di& tam) phthisicus degat in acre puro, temperato, sed aliquantulum succiore; somnum captet longiorem nocturnum, minime statim post cibū: iram, marorē & venerem studiosissimè fugiat.
40. Bis terue, vel sepius, sed semper parcè cibum concoctu facilem, eu-chymum, plurimum & solidè nutrientem, modico sacchari conditum, & tempore consolidationis assum magis quam elixum assumat, nihilq; acre, salsum, & acidum degustet.
41. Speciatim verò, pro varietate indicationum, elegantur panes secati, triticei, in principio cum modico farinæ hordeaceæ subacti, ova sorbilia, pulli gallinacei, turdi, perdices, avicula montane, hædi, verveces, juvenci, vituli, capreoli, lepusculi, pedes porcorum & aliorum (qua modo nominata sunt) domesticorum animalium: pisces friabiles, saxatiles, iuscula carnium, & gelatinæ, pulmenta ex amylo, milio, oryza, caseus recens, uva passa, ficus, pistacia, pinea, amygdalæ, panes Martij, pyratasta.
42. Potus sit cerevisia suavis & mediocris note; melicratum dilutum, lac amygdalinum, ptisana, decoctum hordei ustulati, uvis passis, ficubus, liquiritiâ, aniso vel conservâ rosaceâ medicatum. Vinum verò, ubi vires prostratae id requirunt, dulce, tenui, dilutum offeratur.
43. Prae omnibus a. alimentis eximias dotes possident cochlearia & cancri: Ex quibus, quomodo varia decocta, electuaria, massas vè solidas conficeret, aut aquas arte chymica elicere oporteat, elegantiorum praticorum libri luculenter edocent.
44. Lac quoq; (sed febris intensa eo interdicit) in phthisicis sumnam palmam obtinet; præcipue verò muliebre, ab ipsis uberibus haustum; à quo si quispiam abhoruerit, asinum, caprinum, vaccinum, recens multum in tempore matutino vel stomacho à cibis vacuo, propinetur.
45. Ut a. lac voto magis respondeat, chalybs vel lapilli candentes semel atq; iterum in eo extinguantur, & tum maximè, cum simul album præcipitem retardare necessitas urserit.

Quod

- 6
46. Quod si etiam lac ante emulsionem quodammodo alterare animis fuerit, alleum non erit, lactucam, cichorium, faniculum, hyssopum, plantaginem, vel folia quericina pecoribus pro pabulo sempestivè obijcere.
47. Quod ad reliquam curationem spectat, si humor è cerebro vel aliounde profluens pulmones inundaverit, si omni studio intercipiatur, sed minimè apoplegmatismus, fortiter purgantibus aut vomitum cibentibus.
48. Postea syrapi de tussilagine, de hyssopo, veronica, marrubio; & tandem loboch de pino, de pulmone vulpis, syrups & condita radix symphyti, bolus Armena, mastix, sanguis Draconis, corallum preparatum, Galia ejusmodi cum syrupo violarum, liquiritiae, aut aquis vel decoctis pectoralibus contemperata prabeantur.
49. Frequentissimus etiam sit usus conservae rosaceæ, quam Avicenna & alij plures magna auctoritatis medici, tanquam divinum auxilium ad cœlum usq; evehunt; & si forè nimia adstrictione materiam importunè suspendit, aliquem idoneum syrupum permiscere, adhortantur.
50. Ex chymicis (qua rellè preparata digna laude non privamus) Paracelsus ex-tracto consolida & vulgus Empiricorum floribus sulphuris non infimum locum attri-buunt.
51. Thurneisserus verd auræ & corallorum tinturis audacter periculum facit, easq; in vino & aqua vita assumere sine omni judicio consulit.
52. Hic premonere opera pretium est, nonnullos Pseudomedicos, execrabilis rerum publicarum pestes, spirillum virjoli mangonico fuso adulteratum pro praedictis vel similibus pretiosis tinturis substituere, atq; ita non minus vita quam pecunie aliena infidias.
53. Est quidem vitriolum chymicè elaboratum contra multos affectus prostantissimum remedium, sed an ulcera pulmonum habitusq; macilenius ejus violeniam per-ferre posint, adhuc sub judice lis est.
54. In principio tamen oleum calchanti adeò suspectum non habet Capivaccius, sed duas guttulas in aqua plantaginiæ vel resarum commode dilui opinatur.
55. Restant externa remedia. Verum cum propter profundum pulmonis situm vim magnam non habeant in illis sermonem protrahere non placet. Potest tamen, ad relaxandas vias thorax butyro recente non salito, medullâ cervinâ, vel gleo amygdalarum dulcium, non sine fructu illini.







Matthiolus, ejus verba hue transferre non possumus, qui cum felibus adeo delectaretur, ut nunc abirent, attracto inde diutius aeris vehiculo eo & marasnum incidere, quibus postremo conficerentur. Nec diu est, quod in quodam monachorum cœmilia, magno felium numero & contubernio, V. Dioscoridem cap. 25.

19. Porro, malum hoc excitant omnia acria & quam medicamenta, ut sinapi, raphanus, piper: nus: vociferationes intenses; hemorrhoidum & olenta pectoris contusio, pulmonis vulneratio. exulcerationi occasionem aliquam prabere possunt.

S I G N A.

20. Malum hoc subdole insidias struere non possunt, si post destillationem acrem aut diurnatum sanguinis, frequens tussis negotium facientur, cruenta, sordida, purulenta, & tandem pus ipsum.


21. Cum his suspicionem adauget febris lenta temporis in hecticam transiens, statimq; a circu hac pulsus parvus, languidus, non nimium celer.

22. Idem prestat totius corporis extenuatio, infacies livescit, sed male per intervalla rubentur, unguis incurvantur, deniq; miser homo horrificum sceloton redigitur.

23. Certissimum autem phthisis indicium emicunt palmonis substantia aut venæ aut arteria aliquæ citur, idq; sine omni vel saltem cum exiguo dolorum vel thoracis locum affectum satis supergastrum.

24. Oportet autem pus à pituita distinguere, immo pectore eductū & sine mora aquæ calenti adiuvante descendit & facilimè ex agitacione dissolvitur. Deinde pus minus abicit, sed magis natum.

25. His notis per sputum pulmo exulceratus re-



the scale towards document

uit, quos-  
formitum  
n tabem  
obierunt.  
periit fa-  
ment. in

alimenta  
ous mari-  
ressio, vi-  
quacung

â prospici-  
, aut spu-  
n materia  
r.

, processu-  
, at q; cum

avantur;  
itorum ca-  
xerens, in

oure ipsius  
ussum reij-  
ere fauci-

putum ex  
ibi in fun-  
ero pitui-  
ur, minimè  
vero

Image Engineering Scan Reference Chart TE233 Serial No. [redacted]